



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

9. Frequentis confessionis vtilitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

quàm intret & accendat cor. Quod fieri potest, si subito recurras ad orationem, vel nomines sanctum nomē I E S U, vel signes te signo S. Crucis, vel subito ante oculos obicias imaginem Crucifixi Christi, pro peccatis tuis vulnerati, & sanguine manantis, vel è vestigio implores opem B. Virginis.

Terriò iuvat frequens auditio verbi *3. Verbi Dei*
Dei, & piorum librorum lectio. *auditio & lectio.*

Quartò prodest, si quando homo sen- *4. Dura*
ferit rebellionem carnis, asperè, & durè tra- *corporis sui*
ctare corpus, tum dormiendo, edendo, bi- *tractatio.*
bendo, videndo, tum etiam in aliis rebus,
quæ illi afferre possent voluptatem.

Quintò, Fuga otij necessaria est, quod o- *5. Fuga otij*
rigo & fomes est vitiorum omnium.

Sextò, Efficacissimum est remedium *6. Vfus Sa-*
frequens vsus Sacramentorum, Confes- *cramento-*
sionis & Pœnitentiæ. *rum.*

PARS NONA.

Frequentis Confessionis utilitates eximia.

Quanta Sacramenti huius frequenta-
tio comoda animis adferat, quisq;
in seipso plus experiri potest, quàm sermo
possit explicare. Aliquot tamen utilitates
recensëbimus.

- 1 Utilitas.** 1. Qui sæpè cōfiteatur, magis securus est, propter recētem memoriā, se integram & legitimam facturum Confessionem.
- Qui sæpè confiteatur magis securus est.** 2. Magis redditur cautus in cuitandis peccatis, & facilius resurgit; si verò aliquando labitur, fortiùs pugnat, & tentationi resistit.
- 2 Magis cautus.** 3. Qui sæpè confiteatur, magna luce illustratur, non modò ad cognoscenda peccata, sed radices etiam ipsorum, quæ sunt malæ inclinationes, & affectiones.
- 3 Illustratur.** 4. Maiorē vi sacramenti cōsequitur gratiam, & quo plus crescit in gratia, eò magis se disponit ad accipiendā maiorem gratiā in confessionibus sequentibus.
- 4 Gratiā maiorem consequitur.** 5. Non solum assequitur remissionē peccatorum, sed etiam magna ex parte, impetrat relaxationem pœnarum ipsis debitarum, tum propter pœnam doloris, & pudoris, qui est in sui accusatione, tum propter ipsius Sacramenti gratiam.
- 5 Pœnarum relaxationē ex parte impetrat.** 6. Frequentatio huius Sacramenti magnum lumen, & adiumentum adfert iis, qui deliberāt de eligendo vitæ statu, in quo facilius seruari possint.
- 6 Adiuuatur in deligendo vitæ statu.** 7. Qui sæpè cōfiteatur, nec sæpè, nec grauius solet tentari à dæmone. Frequenti enim sui apertione potestas, & virtus proditoris diaboli concidit.
- 7 Minus sæpè, grauiusque tentatur.** 8. Cùm hora mortis incerta sit, & frequen-

quentes, ac subiti illius casus, qui sæpè con *ad mortem*
fitetur, semper quasi ad eam paratus est. *fit.*

9. Frequentatio Confessionis generat *9 Gaudium*
magnam securitatem conscientiae, ma- *affluit.*
gnam suæ salutis certitudinem, ac propte-
reà gaudium in animo magnum, & quie-
tem, consolationemque in morte admira-
bilem.

PARS DECIMA.

*Quid faciendum sit Sodalibus, ijsq;
omnibus qui sæpè solent confiteri.*

IN quatuor rebus diligentiam adhibere *Prima cu-*
debent qui sæpius cōfitentur. Nam pri- *ra consistit*
mum in examine conscientiae seduli esse *in examine*
debent. Et quidē excutiāt oportet oportet, *conscientiæ*
quid circa cogitationes, deinde quid circa
verba, tertio quid circa opera, erga Deum,
seipsum, proximū admiserint. Examen au-
tem istud tempus aliquod requirit, secun-
dum quod plures, paucioresve dies à pro-
xima Confessione intercesserunt.

Secunda cura posita esse debet in do- *Secūda cu-*
lore peccatorum ante Confessionem ex- *ra in dolore*
citando, qui dolor nunquam omittendus *excitando*
est, etiam si venialia duntaxat peccata
occurrant. Confusionem itaque capies
ex te ipso, considerans, quàm parum te